gratiis, et literis Fratrum, et Sororum Mendicantium aliarumque Religionum Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, Perſonis, Monaſteriis, Domibus, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, & aliis piis locis hactenus conceſſis, et in futurum concedendis, ac Prępoſito, Societatique prædictis, nec non eius Domibus, Collegiis, et locis vbique terrarum conſtitutis, communiter vel diuiſim Apoſtolica, ſeu delegata auctoritate, vel vigore quaruncunq; facultatum etiam ad inſtar, aut ęqué principaliter etiam per communicationem ſeu aliàs quomodolibet conceſſis: iuxta Societatis huiuſmodi inſtituti rationem, conſtitutiones, ritus, vſus, mores, conſuetudines, normas, obſeruationes, et procedendi modum in prædictis Societatis Domibus, Collegiis, congregationibus, concionibus, lectionibus, diſputationibus, Ceremonijs, & alijs cuiuſuis generis actibus publicis, et priuatis, ac denique vbique locorum vti, frui, potiri, gaudere, & illa exequi, ac in eis procedere poſſint. Quodque priuilegia, immunitates, exēptiones, facultates, conceſſiones, indulta, indulgentię, remiſſiones, gratię, & literę huiuſmodi Superioribus, & aliis perſonis aliarum Religionum,